

Alte Drucke

Generalis Instrvctio Hvivs Libre ...

Velde, Jan van der

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], [1605?]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-70784



177 C: 45





GENERALIS INSTRVCTIO HVIVS LIBRE.

Solida instructio ad optimam pennam parandam.



MULTI sæpius mirati sunt videntes quâ libe-
ritate quoque impetu quidam mei ductus
calamo (scire contra ejus naturam & vim) à
me ducti atque picti sunt: sed si meam ha-
berent pennam, meamque manum ad eam
gubernandam, atque meos oculos qui ejus vi-
am monstrarent, experientiâ tunc discerent
pennam seu calamum habere majorem vim & potestatem quàm
ei antea tribuerunt: Nec aliqui eorum impossibile id putarent, quod
ego (absit invidia dicto) hisce præfidijs animosè perficio.

Quare antequam characterum seu literarum doctrinam profe-
ro, pauca de pennæ naturâ tractare decrevi multum enim interest
calamî habere absolutam cognitionem ad omnia genera scripturæ
scribenda.

Et quamvis nemo sit, qui perparum in scribendi arte versatus
est, qui modum parandi calamum non calleat: tamen quoniam
major hominum pars omnes particulares observationes nesciat quæ

ad hanc rem desiderantur, ad facilius & majori elegantia scriben-
dum; Modum meum faciendi hic candidè narrabo. Prolixitatis no-
tâ potius incurram, quàm ut juvenes atque tyrones artis scriben-
tine negligentia inculant, tanquam arma scriptoria optimè parare
non possent, cum tamen scribendi profiteor artem. Hoc apprime
necessarium est (ut cæteris artificibus atque mechanicis) ut instru-
menta apta habeas. Ille igitur qui scribendi arti sese destinavit. Op-
timum scalpellum sibi parat, quod neque latitudine neque crassiti-
dine excedat cujus acies æqualis sit atque omnino acuta, punctus au-
tem seu cuspis à superiori parte declinet in modum rostris accipitris,
non nimis brevis, sed parum extensus: manubrium seu capulus talis
ut solide manu contineri possit, ut commodius cultello uti possis.

Ut bona igitur pennæ pareatur, calamum duobus digitis præhen-
des, pollice inquam atque indice sinistri manus, atque super medium
digitum quiescat: Scalpellum dextro manu tenebis pollicis longi-
tudine à cuspide: hoc etenim modo calamum certius scinditur. Ex-
tremo scalpelli parte calamum præcæpas seu incidas, quiescens cum
pollice

A

pollice dextri manus super quartum & posteriorem digitum sinistri manus, incipiens apertionem ejus logiori scissura externe super ventrem; latera utrinque reseces: rostrum etransverso amputabis, quod latius relinques: Tunc calamū vertes atque acutā cuspidis parte fisionē in dorso facies: si prima vice debitam longitudinem non habet, cum vngue dextri pollicis eam ampliorem facito. Alij ad hanc rem manubrio scalpelli vtuntur, vel alio calamo; sed hoc tam facile atque cōmodum non est. Deinde rostrū utrinque excavabis æqualiter atque ab eo scindes donec id aptum videbis ad vltimam sectionem secandam. Foramen super rostrum tollas tantū ad dimidiū spissitudinis ejus, atque ejus longitudo dupla sit ad longitudinem rostri. Ego autem rostrum tam latum aut tenuem facio prout litera, quam pingere volo, desiderat. Si calamus æquo durior est, crenā, seu scissionem, longiorem facies; at si mollior, brevior erit scissio: prout vel mollem vel durum calamum videbis.


Super est nunc, quod præcipuum est & magis necessarium, extremiti cuspidis resectio: quod tu super vnguem sinistri pollicis facies & non super aliam pennam vel integrum calamum: hoc etenim tam facile non est esseque pollex paratior. Resecans igitur rostrum super pollicem, Scalpellum super rostri dorsum obliquē tenebis,

atque sic à superiori ad inferiorem partem seces ad punctum vsque, vt connexio literarum hoc modo purior & subtilior sit: tunc rursus Scalpellum resumes, punctumque rostri ad huc semel rectē reseces, atque utrinque parum vnies: ita vt dexter angulus parum brevior tenuior & minor sit sinistro: Parum brevior inquam, quia cū calamum rectē tenere volumus, oportet vt manus parum ad dextrum latus flectetur atque retrocedat. Tenuior seu minor, vt atramentum eo melius è penna fluat: Sinister angulus crassior sit, quoniam majus onus sustinet: calamus enim ad sinistrum latus semper pellitur exterius.

Non puto necessarium esse vt te admoneam hīc, calamum tam purē atque politē secandum esse vt nulla filamenta vel inæqualitas supersit stupidissimi enim facile possunt judicāre, politiora instrumenta semper esse aptiora ad vsum nostrum.

Modum igitur optimē resecandi seu parandi pennam hīc habes. Supere est vt scias, tria esse genera pennarum: prius, vbi rostrum æquale est atque æquē longum: duo autem altera, vbi rostrum inæquale est nec æquē longum. Tria ista genera resectionis, nec non formam scalpelli, atque vt pennæ sunt præsecandæ, hīc appingere libuit vt omnibus mea instructio magis innotescat.

Figura omnium.

Figura omnium. 

Ad quæ genera literarum tribus istis generibus calamorum uti debemus.

Nunc vñ trium generum pennarum declarabo. Penna æqualiter resecta vtor ad omnia genera crassarum recte stantii literarum fractarum scribendum: nec non ad scribendam literam quadratam seu texturalem, literam bastardicam magnam & parvam, omniaque genera firmarū quadratarum & rotundarum stantium literarum, Epigrapha seu superscriptiones, vel sententias & proverbialia memorabilia ijs scribo.

Duobus inæqualibus vtor plerumque ad omnem literam cursoriam siue ea sit Germanica, vel Belgica: priori in quo rostrum ad dextram longius est quàm ad sinistram plerumque vtor ad literam cursoriam supinè cadentem scribendam: altero autem in quo rostrum ad sinistram longius est quàm ad dextram vtor ad literam anterius cadentem, nec non ad italicam scribendam; hoc dempro, quòd rostrum parum longius & acutius esse debet, atque hoc propter longitudinem, subtilitatem & rotunditatem istius literæ. Ad italicam vel Belgicam vel Germanicam scribendam oportet vt rostrum parum breuius sit, quoniam hæc litera multum breuior & pinguior est.

Alio genere pennarum præter superiora ego vtor cum literam rotundam stantem corsoriam scribere libet. Rostrum enim parum resectum rotundius facio, tollens vtrinque parum angulos, non ita tamen vt planitiem perdat, sed solummodo parum scissionis vt melius volvat: Hoc genus pennarum ad festinationem magis facit quicquid enim rotundum est, ad currendum necesse aptum est.

Taliter etiam penna vtor ad ductus meos faciendos, sed calamum summo subduriorem, rostrumque parum longiorem facio vt etiam crenam seu scissionem, vt atramentum eo tardius iustoque modo sequatur. Vt autem impediatur ne penna stridat vel minutissimis atomis atramenti scripturam sparsim aspergat (quòd rarissimè in meis scriptis conspicitur) eam dorsum tenus superius parum ad latus ducò, sicut navis quæ obliquando placidè mare secat, vt eo blandius super chartam vagetur atque transcurrat: nam si directè super dorsum sursum versus eam ducere velis, vix impedies quo minus stridat, sientque ductus planè impuri; ego sane æqualitatem & mundiciem ductuum admodum artificiosè iudico atque elegantem: Est enim hoc vnum ex maioribus artificijs quo scriptor clarus evadere potest.

Atque vt clariùs Philographis atque ijs qui professionem scribendi faciunt meus mos faciendi innotescat, hoc eis præterea indicare volui: cum vi meâ (meam in qua nõ ulterius, quàm eam per Miscericordiam D E I accepi) extraordinario in gubernatione penæ super magnam phyliram chartæ vti volo, calamum rigidiorē seu duriorem sumo cum anteriore parte aque cum impono, vel promptitudinis gratiā in atramentarium meum vt mollior & flexibilior fiat, vt hoc modo aptior sit sese sub ductibus flectendi, vt quæ in sustinendo pondere eorum perdurare possit, nam quamvis per aquam vel atramentum, parum mollior factus sit, ea tamen temperatura permanet, cum eam sic molliorem feci: quòd alijs calamis qui molliores atque flexibiliores sunt minimè accidit: nam statim ac ro-

strum eorum atramentum bibit, sub manu statim deficiunt: atque inde accidit quod ductus tali pennâ facti tam robusti atque nervosi non sint. Vt etiam ad hanc rem atramento fluido sine additione bombacis, ne pili seu filamenta mihi impedimento sint quo minus purè & mundè scribam, chartam etiam ad hanc rem optimè politam atque colatam eligo: expeditius enim penna super eam transcurrit: Vbi verò video atramentum meum nimis fluidum esse, parum gummi in atramentarium pono, ut compactius sit: hoc etiam facio cum quietam atque (ut sic loquar) tardam manum seu scribendi genus scribere libet. Vel si hoc non facio, genus chartæ eligo quod parum tardius est, sed libenter super talem chartam non scribo: quoniam super hanc penna nimis cito conteritur: manusque citius defatigatur. Raro etiam tardam manum scribo, quoniam mercatores, scriptores, atque amanuenses, eam magni non faciunt: eis enim sufficit cum vident pulchram atque firmam manum cursoriam, nimis curiositati parentes, operamque atque laborem alijs scriptoribus minimè adhibere volunt: cum tamen omnes ad absolutam scribendi perfectionem tendere deberent. At nobilibus, Advocatis, Secretarijs, Notarijs, atque Ludimagistris, honestissimum atque vilissimum est variarum perfectarum atque artificiosarum scripturarum cognitionem habere, ut eo melius Magnatibus, Ordinibus atque Reipublice inservire atque utilitati esse possint.



quint

2 A

Quo modo penna teneatur atque prehendi debet.

HAtenus bonum factum mihi visum, tractare de modo sciendi pennam, nec non de varietate pennarum: nunc sciendum est, quo modo penna prehendenda, tenenda, atque regenda est. Tribus ego digitis eam capere & tenere soleo, pollice, inquam, indice, atque medio digito; adeo ut index fere cum pollice æqualis sit, medius autem parum extorsus, Calamum ejus vngui jungo, ut non excedat: alij duo digiti medium digitum sequuntur: qui digito annulari incumbere debet, circa mediam partem: annularis autem digitus digito minori incumbat: Ita ut manus super hos duos digitos quiescere debeat, sed præsertim super minorem digitum, quo ego tantum chartam tango, nempe à duobus juncturis ad vnguem usque. Atque hoc facio ne reliquis digitis, qui pennam continent impedimento sint, quo minus seile flectere, atque movere, possint, ut cito progrediantur, prout in scribendo, festinare cupimus. Digitos etiam sic æquali pondere contineo, ut summitas eorum cum extremitate dextræ scapule consentiat, atque hoc curo ut semper brachium ad cubitum usque liberum atque mobile habeam, parum mensæ incumbens; ita tamen, ut humerus majus pondus sustineat: corpus sinistro brachio sustineo quod mensæ impono ad dextrum relevandum atque sustinendum. Hoc mihi sumopurè curæ est, ut charta vel chartæcers liber in quo scribo rectè ante me situs sit, corpusque minime sit contortum. Pennam non ad modum digitis includo, neque super chartam nimis eam premo: Exterior enim, quod digiti statim defatigantur cum nimium premuntur

muntur vel clauduntur. Si quis etiam corpore nimis mensæ incumbit citò scribere nequit, nec æqualem crassitudinem & latitudinem in lineamentis servare potis est, quod tamen vnicum decus omnis scripturæ. Atque ut verbo absolvam, pennam sic teneo, ut cum ductum è directo deorsum currens secundum circumum (Has-loot vocant Belge) vel ductum obliquum incipiens à sinistra manu ad dextram vsque, vel averfa via insilens posteriore pennæ parte, facer cupio, ut semper latiori parte fiat, hoc est cum latiore rostri parte. At cum ductum oblicum ad latus facio à sinistra parte ad dextram vel à dextra ad sinistram, hoc acutiori parte facio, incipiens cum dextro aut sinistro angulo pennæ. Clarioris doctrinæ gratiâ elementa ductuum magis necessaria hic appingere libuit.

1. Ductus è directo deorsum tendens à latinis *Perpendicularis* dictus latâ pennæ parte hunc in modum.

2. Ductus descendens, *Obliquus* dictus, latâ pennæ parte ducitur oblique sic.

3. Alter ductus huic oppositus (*Diagonalis* dictus) fit reflectâ parte pennæ hoc modo.

4. Alius ductus è directo opliquus latâ calami parte factus,

5. Alius ductus cum semiplanâ pennæ parte factus.

6. Alius ductus factus cum reflectâ pennæ parte.

7. Alij ductus cum gyro facti.

8. Aliquot semicirculares ductus.

9. Aliquot semicirculares ductus extensi.

10. Alij semicirculares (seu rotundi) ductus obliqui, seu curvati.

11. Ductus planè rotundus.

12. Ductus rotundus connexus.

13. Semi-Ovalis cadentes.

14. Ovalis integer cadens.

15. Quadrati in longitudinem extensi.

16. Quadrati obliqui.

17. Tessera Quadrata.

18. Tessera incurvata.

19. Puncti rotundi.

B

Has



Has superficies seu planos ductus diligenter perdiscant illi qui in scribendi arte perfecti esse desiderant: nam mihi persuasum est hoc illis vtilissimum fore, cum præcipue nostræ scriptiones ex hisce ductibus (seu elementis originem trahant, ut deinceps clarius me demonstraturum spero. Author sum scribendi magistris, qui pueros scribendi artem docent ut eis ex præscriptis formulis tales ductus (seu elementa) proponant, quales ad vnum scribendi modum pueris (in præsentem usum) docere cupiunt: eosque tam diu ea in re exerceant, donec picturam literarum addiscere possint. Hoc præcipue eis curæ sit ut calamus, benè comprehendant, doceantque eos quomodo & planam & resectam pennæ partem ducere debent, ut elegans & firmum genus scriptiōis scribant, pravosque mores non addiscant, quos eos postea dediscere molestum atque difficile esset: atque impedimento sunt, quo minus bonum habitum scribendi acquirant.

Declaratio figurarum præpositarum.

ANtequam ad fundamēta nostræ scriptiōis veniam, superiorum figurarum significationes docebo. ut tyrones melius introducantur ad literas pingēdas præcipuus atque difficillimus ductus omnium perpendicularis est, qui planā calami partē à parte superiori ad inferiorem è directo trahitur, longus aut brevis secundum magnitudinem literarum quas scribere cupimus. Hic ductus ante omnes optimè perdiscendus est, ut à quo literarum figuram suam habent. Obliquus autem ductus, & Diagonalis dictus, atque ceteri omnes, facilius sunt atque maiorem libertatem habent. Obliquus

pingitur planā calami parte incipiens à sinistro latere ad dextrum latus declive descendens, indeque revertens a dextro latere ad sinistrum latus. Alter autem qui inter quadratas figuras ab vno angulo ad alium ducitur, is est qui resectā pennæ parte literas necit, necit enim mediā partem literæ capiti, vel pedem vnum alteri annectit ab inferiori parte ad superiorem: hoc etenim ductu distinguitur illa distantia atque latitudo, quas literæ desiderant. Alij ductus, nempe Obliqui, sunt illi qui ablique per literas transcurrunt. Prior, qui planā calami parte fit, per crassiores literas ducitur: Secundus, qui lemplanā calami parte fit, per mediocres, & tertius, qui resectā pennæ parte fit per minores literas ducitur.

Est etiam eorum usus (præsertim duorum posteriorum) ad caput & pedem faciendum earum literarum quarum natura hoc requirit, quales sunt litera Romana, quadrata, & rotunda, litera Gallica atque Belgica quæ ab indigenis *Stil-stande* (quali dicas quiete consistens) dicitur. Obliqui & Rotundi ductus aliquando sunt resectā pennæ parte, atque sine intermissione latā pennæ parte perficiuntur. Semioiales & ovales ductus illi sunt super quos litera Italica præsertim struitur. Quadrati sunt vsui pedibus literæ quadratæ (Texturam vocant) Tessellæ in vsu sunt ad faciendos pedes literæ fractæ atque Bastardicæ. Puncti autem, qui vnico ictu calami fiunt literæ i superponuntur, aut periodū claudunt, siue id linee medio aut sine fiat.

Experientia autem atque usus reliqua quæ hic scitu necessaria sunt artis amatoribus docebit, accedentibus sequentibus fundamentis. Assiduo studio improbòque labore perfectam huius rei scientiam adipisci poterunt: nam Sine labore nihil.

Instructio.

Instructio ad scribendam Romanam literam quadratam.

V Tigitur omnes præmissos ductus omnibus generibus scripturæ applicemus, Litera Romana ante omnia sese conspiciendam dat: Videtur illa à literis Græcis originem ducere: Quæ quoniam litera quadrata est, tam hic ordine ponere libuit, ut proportionem ejus magis ad vivum repræsentare possim. Has paucas igitur figuras quæ supra fundamenta ponuntur pro fundamento ejus pono: nempe ductus Perpendicularis, qui regit omnes planos ductus qui è directo descendunt, Obliquus ductus regit omnes

ductus qui à sinistra ad dextram declivè descendunt. Ductus Diagonalis regit omnes semiplanos ductus qui contrario modo à dextra ad sinistram excurrunt: Obliquus autem ductus qui semi-latâ pennæ parte ducitur, regit omnes ductus qui suprà & infra è transverso, aut etiam per mediam literam, transcurunt. Rotundus ductus regit omnes rotundos ductus: quorû puncti scissione pennæ fiunt, ut etiam omnes qui inter alios omnes ductus in acutum desinunt, ut sequens delineatio dilucidè monstrabit.

Elementa & Fundamenta literæ Romanæ quadratæ.

Dissectio literarum Latinarum.

B 2

I - \ O / - S I -

1 // A - A, V / V, V W / W, \ / X, \ V, Y.

2 { II, I P, P B, P R, I L, I T, F E, I F, F.

I K K, I D D, I H, I M M, I N N, T T, Z Z.

3 C C, C C C, G, C O O, C O, S S S, S S, R.

A V W X Y I P B R L E F K D H M N T Z, C O O Q S.

I N I V R I A R V M R E M E D I V M, E S T O B L I V I O.

Instructio ad scribendam literam Romanam rotundam.

Ille qui acri studio præmissas literas quadratas Romanas examinavit ad harum cognitionem (rotundarum inquam) facile veniet: ex paucis etenim præmissis figuris illæ etiam formantur, sed præsertim ex i, o, & f, quæ ferè totum corpus istius literæ regunt: hoc tantùm discriminis habent, quòd quidam ductus infra & supra ex eorum corpore procedunt. At vt hic declarem quid corporis vocabulo intelligam, sciendum est, me hoc Corpus vocare

quod inter duas paralelas seu regulas conclusum est: atque Membra voco: eos ductus qui extra has regulas infra vel supra procedunt: quas (vt eas debita proportione ponam) supra non altius, nec infra longius excurrere sinit, quam vt corpore duplo longiores sint: excipio literam t, quæ supra lineam tantum quartam partem suæ longitudinis caput exerere debet, vt sequens tabella tibi delineabit.

Elementa & Fundamenta Romanæ literæ rotundæ.



Varia adhuc sunt genera literæ, Romana sed duo præcedentes magis nunc in vñ sunt: ex quarum literarum elementis & fundamentis reliqua omnia genera facile percipi & pingi possunt. Quare Philographum oro, vt hisce contentus sit, atque præcipuam ope-

ram collocet vt hoc genus scribendi ei familiare sit quod nunc in vñ est atque in maiori pretio: In eo albo sunt literæ Italica, Hispanica, Gallica, & Germanicæ cursivæ literæ: quarum tractationem præsertim hoc libro ordine tractare decrevi.

Instructio

Instructio ad scribendam literam Hispanicam.

Litteræ Hispanicæ sunt duplices; nominantur proptio idiomate *Littera Redondilla & Bastarda*. Hæ duæ litteræ sunt præcipue aliæ enim omnes ex hisce duabus literis oriuntur; quæ Hispanicis in maiori usu sunt: quales sunt *Lettra Redondilla llana, Liberala & Prossada* hoc est tarda, fluens & cursoria litera. Litera *Redondilla llana*, rotundæ literæ Romanæ non multum dissimilis est, Discrimen earum in eo situm est, quod hæc litera non fit om-

nino tam rotunda ut litera Romana rotunda, sed parum cōpresior, est, caudæ longiores trahuntur, omittentes parvos pedes qui intra hisce elementis & alijs elementis ponuntur, i, i, m m, n n, r r, Earum etenim literarum figura maiori ex parte rotunda & obtusa esse debet & cum reclusa aut acuta pennæ parte incipienda & perficienda est. Duo formularia in libro meo posita tibi exempli loco erunt, at duo sequentia exempla te huius doctrinæ peritum facient,

Elementa & Fundamenta literæ Hispanicæ quæ ab Hispanis Lettera Redondilla llana dicitur.

Fundamento della letra Espanola Redondilla.

Q u o a . c . e . d . e . d u . g . o . e . q . p p . l l b l b h . l l l . l l . k . l l l .

i . n n n m m n . r r r i u t t t . x . x . x . y y . z . z . z . s . s .

Q u e d o . g o q . p p . b h l l l . i m n r r u t t . x . y z . s e t .

Alitera litera Hispanica, quæ ab eis *Lettera Bastarda* dicta est, ea antiquæ literæ Italicæ non multum dissimilis est, nisi quod corpus ejus parum crassius rotundius, breviusque sit, quodque membra ejus infra & supra alio modo trahantur, ligentur & fiantur. Si statum & formam earum literarum ad vnguem describere vellem, nimis longum atque tediosum esset: quare Philogra-

phū oro ut hisce exemplis cōtentus sit quæ ei nunc à me dantur, atque fundamētis, quæ hic addidi, candide fruatur: considerare etenim debet vnicuique in libro omnia non posse poni, ut vno in hortō omnes species herbarū & florū non reperiuntur. Hoc tamē mihi persuadere quod omnes æqui rerū aestimatores hūc meū librū (quod sine iactatione dictū velim) inter ornatiores & locupletiores numerabunt.

C

Elementa

Elementa & fundamenta literæ *Lettra Bastarde* dictæ.



Descriptio literarum *Italicarum*.

Litera *Italicæ* quæ majori in vſu ſunt apud recentiores quatuor numero ſunt, nempe *Lettra Formata*, *Poſſe*, *Cancelareſca*, & *Corſiva*, quæ recentior omnium eſt. *Litera formata* Typographica eſt, carminibusque deſcribendis apta. Pinguior & major omnium eſt, ideo pinguiori crasſioriſque pennâ ſcribitur ut corpus ejus obſeſius ſit. Ego eam ferè tam latam facio ac longa eſt, atque ductus quæ infra & ſuprà excurrunt duplo longiores facio ipſo corpore ejus: linearum interſtitio duarum literarum longitudinem tribuo (ut videre eſt in formularijs quæ D. Syndico & D. Rectori hujus civitatis dedico. *Litera autem Poſſe* (quæ *Quieta* & tarda vocari poteſt) literæ quadratæ haud malè quadrat, niſi quòd parum compreſſior ſit quodque membra & caudæ ejus quæ infra & ſuprà per corpus tranſcurrunt circuitu trahantur, vbi contrà caudæ literæ

formatæ decurtatæ atque planè abſciſſe ſunt. Ego hanc literam *Quieta*m (vel quo nomine eam nominare libet: nominibus etenim non litigamus, modo res ipſa intelligatur) diſcipulis meis imitandam propono qui incipiunt addiſcere literam *Italicam*: eam enim alijs aptiorem expetior ut elementa atque fundamenta optime ponantur atque addiſcantur: illa enim ſeperatim *litera* poſt *literam* ſimul ponitur ſine vllâ connexione literarum: eſt etenim connexio tyronibus in principio parum operoſior, *Litera Cancelareſca* dicta, meo quidem judicio, magnificentior eſt alijs *literis*: Sed *Corſiva* vtilior & magis apta ad vſum: quare qualitates & obſervationes ejus prolixiùs hic narrabo, ut Philographis & Tyronibus album ponam ad quòd oculis collimare poſſunt, ad graphicos ductus tam excellentis literæ, quantum fieri poteſt, imitandos.

Principio

Principio igitur hoc summâ attentione & curâ cavebis, ne vna litera magis antrorsum declinet atque pendeat quàm altera, quodque omnes exorbitantes atque evolutas ductus, infra & supra continui sint atque simul vagentur, alioquin magnam pareret confusionem atque deformitatem. Corpus literarum latitudine ejus duplo longius erit, atque album seu interstitium literarum erit æquale & magnitudine & latitudine: distantia verborum literâ vnâ duplo major erit: Distantia autem linearum tripla erit ad longitudinem literæ, ut membra, quæ infra & supra excurrunt, sese invicem impedimento non sint, atque simul confundantur: membra autem ista

sesqui corporis longitudine habebunt. Litera Corsiva multum gracilior esse debet, ductus tenuiores & subtiliores sint, ut eo expeditius & facilius scribatur. Ego eam duplo longiorem quàm lata est facio: atque ductus quæ infra & supra excurrunt duplo longiores facio: literas parum liberas, & separatas à se invicem: regulæ autem quatuor literarum longitudine à se separantur, ut penne eorum melius liberum dem cursum, atque impidiam ne exorbitantes ductus (quos supra Membra vocavi) sese vnicem sint impedimento.

Quatuor regulæ sequentes pro exemplo tibi erunt quatuor Italianarum literarum de quibus supra mentionem feci.

Quattro maniere principali della Lettera Italiana.

Honestus rumor, alterum est patrimonium. bcd fgbkqxyz.

Souvent la fortune rend sotte La personne qu'elle amignote bcdkxyz.

Aniuna persona sanguiria, Et honestamente usa la sua ragione.

Detur eis cum luttulo met ecci et videri dicit dan vel videri dicit m l boos fr

Notomia della Lettera Italiana.

Hæc observationes declarare libuit, ut omnes qui hanc litteram scribendi desiderio tenentur atque modum ejus sepe student, certam possent habere regulam, quam sequi possent, ut

perveniant ad perfectionem harum Regalium literarum seu scriptionum. Certe scio quod multa curiosa ingenia in hanc meam instructionem, anxie animum intendent, atque ad hanc scripta mea acriter studio

studio examinabunt, potius vt alterius lucubrationes vituperent, quam vt melius aliquid ipsi facere cogitent: sed eos oratos volo, vt antequam libertatem calami mei vituperent, vt prius bonum discernen ab vno scribendi genere ad aliud faciant: Nam quamvis penna mea in nonnullis meis scriptis interdum extra Instructionis meae limites volaverit, tamen recte bene examinata, videbis nullam confusione, nulla disgratiâ me hoc fecisse. Habent Poetae suas licen-

Haec corruptum est in aliquibus libris: Vt penna secunda & tenenda est ad italicam scribendam literam.

Quoniam superius obiter tantum mentionem feci, quomodo penna paranda est ad Italicam scribendam literam, bonum factum mihi visum est, vt hic parum prolixius ejus faciendi modum describerem, ante quam particularium literarum faciendi modum doceam. Rostrum sublongius facies, nec tam multum excavabis vt fieri solet cum Teutonicam volumus scribere literam: hoc fit vt atramentum eo citius sequetur atque vt parva macula, qua & in capite & in caudâ literæ fieri debet, vnico ductu atque vnâ vice fieri possent. Rostrum ego rotundius facio parum, tollens angulos vtrinque, ne super chartam remoretur, sed eo citius transcurat: Latitudo atque gracilitas rostri erit secundum latitudinem aut gracilitatem ejus literæ quam scribere desideras, eritque scisso proportionalis ad rostrum pennæ, vt evolantes atque excurrentes ductus, quæ superius & inferius extra corpus literæ trahantur tam pingues & macres possent fieri prout penna vel durius vel mitius premitur, vtque ad ju-

lias, habent Philosophi suas exceptiones, atque Pictores sua ornamenta. Sic etiam penna leviter veloci manu ducta, extendit interdum alas suas magis quam cum tardam vel stantem scribit literam. Hoc citò currentibus etiam accidit, vt membra magis extendant, nec tam citò cursum sistere possint, quam si testudineo incederent gradu. Etenim prout quis festinat, pes etiam in obliquum defleuit atque exorbitat.

Haec corruptum est in aliquibus libris: Vt penna secunda & tenenda est ad italicam scribendam literam.

Itam formam ejus conueniens esse judicabit scribendi peritus. At cum Itali alio modo ac nos pennam præhendant atque teneant, modum eorum faciendi hic ascribere me non piguit, vt curiosis ingenijs satis faciam, Et ne fortè quis me accuset tanquam si hunc modum non scivissem: quem modum tenendi pennam ego etiam probò, quoniam cum pennam eo modo tenemus, eo citius & expeditius scribere possumus. Pennam tantum præhendant Itali pollice & indice, adeò vt extrema pars pollicis accedat ad primum articulum anterioris digiti: qui digitus extensus ad latus pennæ jacere debet, eò modo vt penna tangat tertium & vltimum ejus articulum. Reliqui tres digiti omnes ordine super se invicem abbreviati collocabuntur: medius digitus ex parte jacebit super digitum annularem; atque annularis super auricularem, vt dilucide videre est in figurâ quæ in principio Italicarum scripturionum est delineata.

Brevi

Brevis instructio ad singulas litteras Italicas pingendas.

V Tigitur ad scribendam litteram italicam te instruem, de vna quaque litterâ hæc docebo : quomodo littera pingenda est, quæque litteræ aliæ ab alijs elementa sumunt : Sunt sane omnium istarum litterarum tria præcipua elementa, à quibus cæteræ omnes litteræ formantur : nempe : *o. i. f.* Quare ob eorum modo faciendi exordiar.

Litteram *o* dextro pennæ angulo incipio, amovens parum pollicem à pennâ, ad eò vt penna declinet ad sinistram, descendatque cum latâ ejus parte : tunc ad dextram eam vertens, oblique eam sursum ducò, vt principium litteræ *o* faciam, vt illa claudatur : eam infra & supra æquè latam facio : quâ in re major ejus gratia sita est : Super hanc litteram *o* ferè totum corpus Italicæ litteræ fondatur atque struitur : quoniam illa, vt aliæ etiam omnes litteræ, ab ovalis figurâ initium ducit.

Elementum *i* fit recto descendente ductu, sed incipitur supili parvoque ductu, resecta parte (vel latere) pennæ, atque parvo circumductu perficitur cum sinistro pennæ angulo, eodem modo vt de litero *o*, docui.

Hæc littera *i* bonam etiam partem hujus litteræ habet, vt deinceps ordine demonstrabimus.

Elementum *f* non habet minorem vim, vt à quo omnia membra quæ infra & supra excurrunt originem habent : sinistro pennæ angulo incipitur, in modum parvi obliqui ductus, & vertens pennam, principium seu initium, ego denuo attingo, vt caput ejus

parvâ atque oblongâ maculâ formem : deinde descendens ad secundam partem longitudinis ejus, pennam ad sinistram traho (estque hæc tertia pars) appingens caudæ ejus parvam maculam rotundam : vel perficio eam reditu ad dextram acutè desinens, &c.

Ex quibus tribus literis, tanquam vividis fontibus cæterarum litterarum, nos formam vniuscujusque litteræ separatim declarabimus, incipientes ab elemento *a* ad vltimam alphabeti litteram.

A prima alphabeti littera componitur ex *o* & *i* adjungens *i* vnicò ductu sine remissione ad dextrum latus litteræ *o*.

Littera *b* essentiam seu formam suam habet à duabus superioribus partibus litteræ *f* faciendo ventrem ejus eadem viâ ab inferiori parte ad superiorem eodem modo ac in littera *o*.

Litteram *c* ego parvâ maculâ incipio, sicut caput *f*, sed eam omnino tam magnam non facio, corpusque deinde facio tanquam si litteram *o* pingere vellem : atque perficiens, pennam in reditu superne acutè excurrere sino.

Littera *d* fit etiam ex parte ex *o* & *f*, eam incipio tanquam si litteram *a* pingere vellem, & à superiori parte oblique descendens, tanquam si elementum *i* pingere vellem, eam perficio ad modum *a*.

Litteram *e* incipio sinistro pennæ angulo, atque eam vertens ad sinistram ad caput pingendum, eam latâ parte deorsum verto corpusque ejus perficio vt in littera *c*.

Littera *f* nullo alio modo à littera *d* differt, quàm parvo ductu qui

D

reclisla

recessa penna parte è transverso per corpus trahitur : Forma ejus interdū mutatur per varietatem capitum & caudarum, quæ ei dantur : ea triplicia sunt, prima species retinet formam *f*.

Secunda habet caudam reditu factam ad sinistram cum latâ pennæ parte, sinensem in extremitate blandè excurrere. In tertia specie caput & cauda circuitu fit: qui ductus reliquis omnibus literis communis est, quarum ductus infra & supra excurrunt tales sunt *b d b k l p q*. literis cursorijs illæ magis in usu sunt, ut majorem festinationem facientes atque eas multum ornatiores reddentes.

Litera *g* fit ab *o* & duabus ultimis partibus literæ *f*, eas superiori capitis parti literæ *o* appendendo atque agilitate caudam ejus sursum trahendo ad inferiorem partem litteræ *o* extremè definientem.

Literæ *h* ad modum *b* fit, nullumque aliud habent discrimen quàm quod corpus literæ *b* inferius est apertum, *h* autem clausum: varijs etiam modis variatur, ut in sequentibus fundamentis videre est.

Quamvis Itali & Galli literæ *k* non utantur, ejus tamen formam hic describere libuit, atque hoc ut cuiusvis satisfaciā cuiuscunque sortis aut qualitatis ille fit: ex duabus superioribus partibus literæ *f*, fit, incipiendo caput ejus ut caput literæ *e*, atque inde cum resectâ pennæ parte ad corporis mediam partem propius accedo, devertens cum latâ pennæ parte ad dextram usque obliquè descendens, caudamque ejus parum curvatam facio, eam perficiens cum resectâ pennæ parte acutè definientem.

Litera *l* formam suam etiam habet à duabus superioribus partibus literæ *f*. Fit autem infra retrogradatione ad sinistram, indeque revertitur ad dextram; perficitur parvo ductu resectâ pennæ parte facto, parum sursum ascendente.

Litera *m* fit tribus pedibus literæ *i* similibus: qui omnes una viâ sine amotione penna simul ligantur, sursum versus trans primum pedem transcurrendo, atque rotundè inferius cadendo cum latâ pennæ parte ad secundum pedem formandum, atque deinde tertium; quem perficio ad formam literæ *i*.

Litera *n* ex primo & secundo pede literæ *m* formatur.

Litera *p* fit ex duabus inferioribus partibus literæ *f* & parte unâ literæ *o*: Sed incipitur tanquam *i* parvo ductu tracto cum dextro pennæ angulo: In cauda variatur ut supra retuli, & corpus interdum formatur ex rotunda *i*.

Litera *q* componitur ex *o* & *f*, sicut litera *g*, nullam aliam habent varietatem quàm caudam: quæ triplex est, ut superius diximus.

Dux sunt species literæ *r*, prima componitur ex litera *n*, & tanquam *i* incipitur cum parvo ductu resectâ pennæ parte facto: quo facto pennam rectè deorsum duces, indeque ascendens ad duas partes corporis usque, faciens caput cum extremitate dextri anguli pennæ, faciens in fine parvam maculam parvo ictu lacionis pennæ parte.


Altera



Figuren van alle de



trecken der Pennen.



- a. Den schacht.
- b. De eerste snede.
- c. De tweede snede.
- d. Druyt-bolsinghe.
- e. Den splits.
- f. De cortinge van beek.



Welde.

- a. Dezen beek na de slincke handt toe wat langer.
- b. Dezen beek oren lant.
- c. Dezen beek na de rechte handt toe wat langer.



Altera litera *s* fit ex litera *o* : nempe ex superiori & inferiori ejus parte : à superiori parte circumductu, eam incipio, sinistra pennæ angulo parum sursum vergens, & oblique descendens ad sinistram ad mediam partem corporis ejus; tunc pennam rursus latà parte ad dextram verto, eam que in latere acutè excurrere facio.

Parvum *s* etiam ex superiore & inferiore parte literæ *o* fit, sed contrario modo : nam sicut *s* à superiore parte ad sinistram oblique trahitur, ita hoc parvum *s* latà pennæ parte à superiore pennæ parte oblique inferius ducitur ad dextram, faciendo caput ejus parvo circumductu, & ita descendendo ad dextram, pennam versus sinistram verto, ad caudam ejus pingendam; cauda fit parvo ictu pennæ in literæ dorso, capite literæ duplo majore. Duo *ss* simul nectuntur : prius *s* è transverso per corpus secatur sursum ascendendo, ad corpus secundi *s*. faciendum : quod circuitu per corpus ejus etiam fit. Hæc litera *f*. etiam literis *p*. & *t*. annectitur ductu à capite ejus superius ascendente. Altitudo ejus duorum corporum longitudini respondet : tunc descendo super dextrum pennæ angulum deorsum eam literæ *p* vel *t* necto, vt in sectione sequente, videre est.

Litera *t* formam suam etiam accipit à litera *i*. quadruplo longior fit, corpusque è transverso defectum habet vt *f*.

Habemus duplicem *v* *u* : prima nobis consonans est atque initio dictionis ponitur : oritur à litera *o* : Ego hanc literam *v* facio in modum duarum oblongarum virgularum ; priorem virgulam à superiori parte ad inferiorem traho, atque, antequam pennam amoveam, aliam virgulam traho ab inferiore parte ad superiorem,

resectà pennæ parte, eam in dorso ejus perficiens parvo ictu.

Ab ista *v* consonante duplex *v* *v* (Germanis in vsu) componitur : Huic literæ *v* aliam *v* adjungo eam capiti prioris *v* appendens, adeò vt ejusdem formæ atque longitudinis fit. In alijs similibus literis hoc etiam observandum, vt similem habeant longitudinem, latitudinem, atque similes excursions, vt majorem gratiam habeant.

Altera *u* vocalis est, atque ex duabus *ii* simul ligatis componitur, ducens caudam prioris vsque in medium corpus ad alteram affumendam.

Literam *x* in formam crucis, oblique è transverso ducta, facio. Eam sinistro pennæ latere incipio, pennamque statim super latam ejus partem verto, eam à sinistra ad dextram deorsum traho : deinde secundum ductum incipio, vt caput literæ *c* facere soleo, atque sic priorem ductum è transverso rescindo cum sinistro pennæ angulo, in fine vertens omnino eodem modo ac caudam parvæ literæ *s* facere solitus sum.

Literam *y* ex litera *x* formam habet : in eo tantum differt, quòd crux in medio per caudam ejus abscinditur : eam incipio vt primum ductum literæ *x* : Deinde à superiore parte venio, faciens caput ejus vt caput literæ *c*, deinde resectà pennæ parte ad sinistram vsque descendendo é latere primi ductus, atque caudam ejus varijs modis facio, vt caudam literæ *f*.

Litera ista *y* mutatur atque fit etiam alio modo, nectendo duos ramos ejus simul, hunc in modum : ab inferiore parte sursum ad primum ramum literæ venio, atque erumpens ferè ad ejus finem

cum reflectâ pennæ parte, eam, latâ patte parum obliquè reflexâ, secundo ramo adjungo, eamque caudâ prioris literæ y perficio,

Litera z ab vltima y formam accipit: omittens primum ramum in fine secundi rami (exceptâ caudâ) parum reflexum ductum facio qualis is est qui ramos literæ y connectit.

Hanc particularem instructionem vniuscuiusque literæ, hic ad utilitatem publicam describere libuit: & vt mea instructio clarior

esset, hæc fundamenta secundum rectam analogiam & originem Italicarum literarum eadem operâ adungere volui. Infra ponam alphabetum, non solito ordine literarum, sed omnes literas in eadem classe ponam quæ ex vno fonte suum esse suamque formam habent: Similes etiam quæ varijs modis fiunt, atque varijs ductibus superius nectuntur, simul ponam, vt vltima linea hujus figuræ manifestabit.

Fondamenta & Elementa Italicarum literarum



Cum sæpius consideraverim, quod nonnulli inexpertes multas literas duobus vel tribus ductibus facerent, qui tamen unico ductu fieri deberent (vnde festinatio inter scribendum remoratur, atque vivacitas naturalique vigor literarum offuscatur) utile fore putavi demonstrare quæ literæ unico ductu, quæ duobus ductibus, fieri debent.

Literæ quæ unico ductu fieri debent hæc sunt: *a b c e g h i l m n o q r z* *ſ y n z* quæ duobus ductibus sunt hæc sunt: *d f k p t x y*. Hic etiam adjungere volui illas literas quæ simili modo incipiunt, parvo subtili ductu refectâ penæ parte facto, incipiendo à sinistra ad dextram oblique ascendendo; nec non eas quæ simili modo finiuntur parvo circû ductu ad dextram exterius facto dextro pennæ angulo. Literæ quæ eadem principia habent hæc sunt: *i m n p r u x y z*. Quæ autem eodem modo perficiuntur, hæc sunt *a c d e i k l m n s n*. Hæc particula-

ritates hic adungere volui in iuventutis commodum, eorumque subsidium qui scribendi faciunt professionem.

Declaratio Majuscularum literarum (quas capitales vocant) hic commode addi posset: sed quoniam hoc opus hætenus admodum operosum fuit, quodque prolixioribus rationibus vnius materiae illud libenter non gravarem (magnâ enim ex parte etiam originem suam habent ex litera *o* & *f*.) hanc nunc omittere volui, reliquam tractationem in commodius tempus reservans.

Interea Philographos atque Tyrones oratos volo, ut capitalibus superius positis huantur, atque ytantur certus enim sum quod ex superiore instructione satis percipere poterunt quomodo hæc litera Italica incipienda & perficienda, nec non quæ norma & mensura servanda sunt ad hanc literam bene & perfectè scribendam.

INSTRUCTIO AD SCRIBENDAM CRASSAM ET PARVAM Literam Belgicam.

VT nunc ad instructionem reliquarum communiorum Belgicarum literarum veniamus: à crassâ literâ incipiam. De litera quam Texturam vocant (vocant etiam eam Belgæ *Duyssletter* & *Baginenletter*) prius mentionem faciam: deinde ad literam fractam (quam illi *Fractur letter* dicunt) atque Bastardicam literam, tandem ad Belgicas nostras scripturas venturum.

Et quamvis hæc litera Mercatoribus & Practicis viles non sint quippe quæ tantum viles sint ad carmina, sententias, vel proverbialia, vel in pictis tabulis, vel in magnis libris, scribenda: Tamen eos qui hoc faciunt, atque eos qui artem variarum literarum scribendi sibi vendicant, hæc de re paucis instruere volui, fundamentaque istarum literarum hinc subscribere libuit.

E

Instructio

Instructio ad scribendam literam quadratam, Texturam dictam,

V Tigitur ad instructionem Belgicarum literarum veniamus, à litera quadrata (quam **Textur letter** vocant) exordiar: quæ inter nostras crassas & bastardicas literas antiquitate cæteras vincit. Religiosis illa plerumque in vñ fuit, qui legendas sanctorum (vt vocant) atque Misfalia sua istâ literâ scriplere. Varijs illamodis pingitur: nonnulli eam admodum compactam faciunt, ei tantum crassitudinem octavæ partis ejus longitudinis dantes: alij literas parùm distantes faciunt, atque crassiores formant, vt earum crassitudo habeat sextam partem longitudinis ejus: quæ litera mihi magis placet quàm illa tenuis & macra, quoniam mensura justius in ea

servari potest, atque status seu forma ejus est melior. A Perpendiculari ductu corpus ejus sæpius fit quoniam forma ejus planumque oblonga & extensa est: Capita & pedes ejus plerumque à longioribus & extensis quadratis fiunt: quæ latâ vel acutâ pennæ parte & infra & suprà incipiuntur & perficiuntur: Nonnulli capita & pedes nectunt, alij non: quod mihi magis placet, quoniam illa sic elegantior est meliusq; legi potest: Ductus qui è transverso per corpus ejus transcurrunt semilatâ pennæ parte fiunt, incipiendo à dextra ad sinistram, acdo vt cum capitibus cæterarum literarum semper conveniant: vt ex fundamentis quæ hic adduntur facile videbis.

Fundamenta & elementa literæ quadratæ.

De declinaghe vande Textur letter

i i r r r n n m u r v u w i c a u y s z z z
u c c c o c a g d c q l t p p l t b b b k l s i s t t z

S i i r r r n n m u u w a s s z c c o g d q t p l b b k l s t t z

Litera fracta Germanorum inventum est, quibus etiam magis in usu est, quoniam illa elegantior magisque ornata est, quam littera quadrata: atque etiam quoniam majori festinatione atque facilitate scribi potest. Germani etiam plerumque sub pingui atque acutam faciunt, ut etiam reliqua omnia sua scripta scribunt: quæ ferè omnes crassâ pennâ scribuntur. Contrâ Germani omnes alias macres litteras cõtemnunt, quarum corpora & membra ferè vnius crassitudinis sunt, atque tam extenuata sunt, quam si phœbi laborarent. Atque, ut verum fatear, nihil est (meo quidem iudicio) quod litteris maiorem gratiam tribuit, easque acceptabiliores facit, quam quoddam corpus boni habitus habeant: hoc est: quoddam subpingues scribantur, atque in sectione tenues atque acutæ sint.

Nullum aliud discrimen habet hæc littera fracta: quam quoddam capita circumducta sunt, partim ea incipiendo cum resectâ pennâ parte, atque latâ pennæ parte perficiendo: rursus incipiendo eas latâ pennæ parte, atque perficiendo: resectâ parte pennæ: Vbi contrâ capita litteræ quadratæ (Texturam dicunt) oblonga & lata sunt, atque parvi pedes litterarum m m & n n in parte inferiore quadrati esse debent in formam tessellæ vitæ (quam Belgæ *Ruyte* vocant) Pedes quarundam litterarum fractarum subrotundi sunt tanquam si litteram o faceremus, in modum semi-extensorum rotundorum ductuum antea demonstratorum: atque aliæ litteræ que pedes in modum reflexarum quadrarum habent, ut ex sequentibus fundamentis videre est.

Elementa & fundamenta literæ fractæ.

E 2



Instructio ad scribendam literam Bastardicam.

Litera Bastardica dicta omnino aliam formam habet ac litera fracta; tam enim ille qui optimè sese exercuit in litera fracta, literam Bastardicam etiam facile scribet: quoniam illa eodè fere modo ac litera fracta scribitur: In hoc tamen differt, quòd corpus ejus parùm rotundius atque magis quadratum fieri debeat, ubi contra litera fracta corpus oblongius & magis extensum habet: quòd; protuberantes literæ in superiore parte planæ & sine capite esse debeant: quamvis tamen quidam scribendi Magistri ei etiam caput faciant: quod mutationis satque varietatis gratiâ fieri potest. Simi-

lexi rotundi ductus ille sunt à quibus fere omnes literæ quæ angulosi rotundi sunt fiunt. Perpendicularis ductus is est à quo omnes literæ quæ directè deorsum vergunt, fiunt: quantum literarum pedes à flexis quadris fiunt: excipio has literas *h k l m n* & *n* qui nullos habent pedes, sed infra mutilæ atque planæ esse debent. Membra earum literarum ego duplo corpore longiora facio, exceptâ *d* & *t* quæ supra extra regulam tantum ad me diam longitudinem suam protuberare debent. Earum spissitudinem & latitudinem ex sequentibus fundamentis percipere atque demeriri potes.

Elementa & fundamenta literæ Bastardicæ.

Fondement vande Bastart letter.

P l o c a q c g c o d c c c e s r e z . l b l b k l s s i s s u .

u i r n r m r i u v l p r r v v o m m w r x v y z .

a g g o d c c c e s r e z l b b k s s i s s u i i n m e u p p w w x y z .

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U V W X Y Z .

V Anj adhuc sunt modi scribendi crassas literas, tam Germanicas quam Belgicas (quæ Cantzeltrijse schriften Belgico idiomate dicuntur) quas ghelegde seu positas, & gheschobene seu protrusas vocant, artis vocabulo: Sed quoniam promisi tantum de præcipuis scriptis quæque magis in vñ sunt me tractaturum (quæ

Delineatio literarum Belgicarum communium.

L iterarum seu scriptio num Belgicarum quatuor sunt præcipuæ, cæteris omnibus sub ijs compræhensis quæ nostro modo scribi possent. Prima est litera quadrata & quæta, quam ego pono & teneo pro fonte à quo cæteræ omnes oriuntur: Eam iuventuti plurimè propono tanquam Elementum (seu rudimentum) & fundamentum ut firmam, benè pictam & nervosam (seu fortem) literam scribere addiscant. Videtur illa tarda minimeque festinationi apta: tamen ille qui ejus scriptio nem a assuetam atque familiarem habet, satis cum ea festinare atque progredi potest, quo-

vis quod sine jactatione dictum sit, Philographum omnium generum istorum scriptorum participem facere possem, addo ut hi libri ea capere non possent) ad communes nostras Belgicas literas pergam, eorumque formam & qualitates, pro donis à Summo DEO acceptis, describam.

niam illa etiam ligatur atque simul nectitur. Cæteræ triæ, vocantur literæ cursoriæ (loopende handen Belzæ dicunt) inter quas prior species est litera recta, reliquæ duæ, literæ cadentes: vna prona, altera supina, cadit: Quæ dux cadentes literæ cursoriæ formam & essentiam suam à scriptis Germanicis accipere (nempe à litera rotunda & currente) tamen propriam suam naturam retinent, nec eam cum Germanicis literis commiscunt.

Quatuor sequentes regulæ Philographo exëplo erūt quatuor prædictarum literarum Belgicarum quæ inter cæteras primum locum possident.

F

Prima

Quædam ex Belgicis scriptis
Handwritten examples of the first three types of Dutch script: square, upright, and cursive.

Prima litera cursoria recta mihi ceteris elegantior, meliusque formata videtur: etenim est illa valde utilis & commoda Advocatis, Secretarijs, Notarijs, Practicisque ad Litteras, libellos supplices, Remonstrationes ad Magnates, scribendos: nec non ad Contracta, Obligationes (seu syngraphas) Quintantias (seu apographas) scribendas: omnia enim ista Instrumenta, perfecta, legibiliaque (ut sic dicam) litera scribi debent: estque litera ista cursoria trium istarum literarum perfectior. Reliquae duae Mercatori utiles sunt: tamen qui curiosus est primam speciem etiam scribere potest: multi enim elegantem beneque formatam literam libenter vident. At festinationi istae duae literae (seu scribendi genera) magis apta sunt, ad litteras summam celeritate expediendas: quare eas Mercatori dedico: practicis etiam vtilissimae sunt ad primas conceptiones scribendas, adversaria facienda (minutas vocant) Sensa enim animi atque concepta, quae interdum pennae tarditate memoria excidunt, cito hae literae chartae mandantur.

Plura adhuc genera scribendi habemus: ut litera quae *Lettre d'estat*, magna & parva dicitur: duplices literae rotundae, una quiesca, altera cursoria. Litera Status (liceat mihi fingere vocabula in re elegantiae minimè capace) *Lettre d'estat* dicta, in eo consistit, quòd illa separatim litera post litteram simul ponitur: quodque m m & n n

duobus vel tribus ductibus nuda sineque additione multorum aliorum ductuum scribuntur, ut in quarto exemplario huius libri (quod exemplar incipit hoc nomine *Iules Cesar*) videre est. Litera rotunda quiesca, à quiesca litera quadrata hac in re differt, quod omnes literae subrotundè incipiuntur & perficiuntur, quodque parvi pedes literarum m m & n n (quae literae in omnibus scriptis maiorem differentiam pariunt: quoniam illae corpori omnium literarum maiorem statum atque formam tribuunt) ligantur inquam simili pedes superius simul: cum contra pedes alterae literae quadrati sint, atque ab inferiore parte ad superiorem cum respectu pennae parte acutè & angulosè simul ligentur quodque literae i i & u u ab inferiore parte sursum versus rotundè ceteris literis debeantungi atque adnecti: in altera autem litera acutè & angulosè. Litera cursoria rotunda literae quiescae ad modum similis est: nullam aliam enim differentiam habet, quàm quòd alae atque membra ejus liberius infra & supra extra regulas vagentur, quodque quaedam istarum literarum, propter mutationes, alio modo expeditius atque commodius simul ligentur: hoc enim literis cursorijs familiare est propter invencionem multarum variarum literarum. Hoc discrimen, ut Philographos satisfaciam, hic adungere libuit: eum ad exempla superius polita relegans: in quibus discrimen vniuscujusque istarum (sine pra-judicio examinantes) clarè & dilucidè poterunt videre.

Instructio

Instructio ad scribendam literam Belgicam.

Cum de singulis generibus literarum paucis tractaverimus, præcipuum & magis necessarium restat, nempe ut declaremus quomodo vnaquæq; litera Belgicæ scripturionis scribenda. Quod sanè valde operosum est: quoniam hæc via (quod sciam) à nullo scribendi Magistro hæcenus itrata est. Tamen hunc laborem suscepi ut singulis hominibus cuiuscunque sortis illi sint qui aliquo modo cupidi sunt perveniendi ad perfectionem artis bene scribendi, rem vtilem & necessariam præstare possim: amor meus erga publicam utilitatem me stimulat ut hanc viam eis tam facilem faciam ut per hanc ad perfectionem istius rei pervenire poterunt, mihiq; ingentes gratias agent, cum tota hæc res ad eorum utilitatem sit suscepta.

Ut igitur nunc ad particularem instructionem vniuscuiusque literæ veniamus, literam quadratam quietam examinandam sumam cuiusque essentiam tantum describam, quoniam ex illa, tanquam ex fundamentali litera, ferè omnes aliæ literæ originem habent. Incipiam ab a primâ alphabeti litera ut à quo omnes literæ rotundæ formam suam accipiunt.

Literam a acutâ seu resectâ pennæ parte incipio, retrogradando parum ad sinistram, pennamque statim super latam partem verto, atque semicirculum facio: quem ego, resectâ pennæ parte parum extrorsum vergens, indeque sursum revertens perficio: & vnico ductu, antequam calamum amoveam in dorso principium capio ad caput ejus pingendum: quod ego (inde ad dextram revertens) latâ pennæ parte facio, parum cavernosè & acutè exiens, rursusque re-

trocens parum ad sinistram, cum latâ pennæ parte super rotunditatem corporis ejus propè cado, atque sic eam perficio in modum prioris semirotondi ductus acutè definientis: vnico illa ductu fieri debet.

Litera e non est etiam minoris potestatis: habet etenim illa imperium in omnes literas quæ in modum perpendicularis ductus è directo deorsum trahuntur. In capite ego eam incipio, faciens hoc circumductu incepto cum resectâ pennæ parte atque perfecto in dorso sursum: versus deinde pennam super latam partem verto: juxta initium capitis ejus traho rectum descendentem ductum, cû pede in inferiore ejus parte, parum reflexo, atque sine intermissione ventrem instrar semicirculi seu semirotondi facio, resectâ pennæ parte ex pede incipitur & ascendendo in dorsum ejus, corpus in medio claudo in capitis initio: vnico illa etiam ductu fit,

Litera e incipitur sicut litera a faciendo corpus ejus sicut priorem ejus semirotondum ductum acutè definientem: tunc elevans pennam facio caput ejus in modum amussis (seu funiculi quo dirigitur saxa) semilata pennæ parte: Duobus ductibus fit.

Ad faciendam literam d secundum ego ductum literæ a continuo, tanquam si eum rotundè claudere vellem, atque pennam elevo in dorso sursum versus, super corpus ejus in modum obliqui ductus, adeo ut altitudo ejus ad longitudinem literæ dupla sit: cum scilicet super iustam mensuram eam scribo (sic etenim reliquæ omnes literæ infra & supra extuberantes ejusdem proportionis debent esse) sed in literis cursivis illi liberaiores & minus coacti esse possunt:

tamen summâ curâ cavendum, ne se invicem inter regulas nimis comprimant & confusioem pariant. Vnico illa etiam ductu fieri debet.

Litera ϵ est ferè literæ ϵ similis; nullum aliud habet de scriin en, quàm quod caput ejus resectâ pennæ parte parum super corpus incipitur: pennamque semilatâ parte ad dextram statim vertens, eam in modum literæ ϵ perficio: duobus ductibus fit.

Literarum ζ super corpus ejus incipio, duplo altius, quam longitudo ejus est, trahendo latâ pennæ parte deorsum ad inferiorem partem ejus corporis, mediâ parte inferius quam longitudo ejus est: indeque subrotundius sursum vergens ad locum usque quo eam incorpi, collum ejus acutâ pennæ parte facio, eademque viâ caput ejus latâ pennæ parte parvo ictu sub pingue, vel parum extenso ad dextram facio: tunc celeri gradu pennam supra sinistrum latus verto, flectens digitos parum intra manum, atque sic caudam facio infra extra corpus interius tam subtilem & tenuem quàm resectâ Pennæ pars duci potest: quo factò, statim pennam super dextrum latus verto, atque sic parvum ductum per corpus facio: quo peracto illa absoluta est. Eam adhuc alio modo facio: sic: caudam ejus resectâ pennæ parte interius traho, indeque celeriter sursum vertens manum statim transpono, adeò ut penna super latam suam partem cadat, atque sic vagor inde ubi corpus formari debet juxta priorem subtilem ductum, resectâ pennæ parte factum, usque ad initium ejus, & collum caputque unico facio ductu sine intermissione, ut supra etiam feci. Caput ejus etiam circumductu fit, ut in hac litera ζ , tam alto & lato ac spatium seu interstitium linearum admittit.

Duplex ff componitur ex duobus ζ ζ simul ligatis: In collo prioris ζ ego ductum facio in formam arcus, resectâ pennæ parte, atque eum perficiens, secundam literam ζ ad eam pendentem facio in modum prioris, duplo distantiores quàm litera lata est: amboque corpora simul perfeco unico ductu, ut supra,

Litera η etiam literæ ζ adnectitur hoc modo η : vel faciendo collum resectâ pennæ parte parum extensus parumque reflexum pennamque juxta dorsum sursum vergens eam statim super latam partem verto, atque sic per medium colli cado è directo, inferius ad pedem usque literæ, perfecans ambo corpora vno ductu, in modum duplicis ζ : varijs illa adhuc modis literæ ζ adnectitur ut in meis literis cursorijs videre est: quod hic brevitates gratiâ omitto.

Literam θ ego incipio sicut priorem semi ductu rotundâ literæ ϵ eo factò juxta eam unico ductu latâ pennæ parte rectum ductum duco vertens eam paululum ad dextram, corpore duplo longior: deinde sine amotione pennæ caudam facio: incipiens cum resectâ pennæ parte: atque inclinans ad sinistram, pennam in dorsum mitto, parum sursum vergentem duplo longius ipso corpore: tandem eam claudò ductu semilatâ pennæ parte factò leviter excurrente: duobus ductibus debet fieri.

Litera ι formam suam à litera ϵ habet, nullum aliud habens discrimen, quàm quod corpus ejus infra apertum sit: non est tamen necesse ut ι faciam cum ϵ facere volo: sed capite & rectè descendente ductu in modum ϵ factò, duco è medio corporis propè caput sine intermissione ventrem, à superiore parte inferius descendens in modum virgulæ: eum perficiens cum pennæ dorso, divertens ad fini-

ad sinistram, cuparuo ictu: tamen caveo ne pedem rectè descenden-
tis ductus tangam, ne infra claudatur, sitque literæ & similis. Ventrem
adhuc alium in modum facio: nempe circumductu, vt in hac & : vel
cum cauda sicut litera g ducens cum infra vltra corpus, duplo lon-
gius quàm longus est: vnico illa ductu formatur.

Littera i etiam non parum particeps est fecunditatis litterarum
& & s nam illa parvis pedibus cæterarum litterarum formam tri-
buit: Ego eam paruo ductu, resectâ pennæ parte factò, incipio cor-
pusque ejus latâ pennæ parte rectè descendente facio: in cuius fine
eum perficiens, tenuem ductum facio, vt eo magis vitæ & gratiæ
litteræ tribuam: sine eo enim illa tanquam obtusa & obruncata,
sine vilo ornamento, esset: in eo enim maior gratia nostrarum scrip-
tionum consistit, quòd illæ pingues & acutè scribantur.

Quod attinet ad litteram i consonantem, illa hoc modo fit i, in-
de fit duplex ii conjungendo ambas has litteras simul ab inferiore
parte ad superiorem, resectâ pennæ parte: fit illa vno ductu.

Littera s fit etiam ex s, tantùm ventrem ejus omittens, inque
ejus loco rotundam r adjungens, caput ejus ego parum rotundius
& majus facio, sed eodem modo vt caput s: Fit illa vno ductu, id-
que varijs modis: quos hic describere non libet ne tyronum men-
tem multitudine eorum offuscetur.

Littera r nihil aliud est, quàm pars literæ s nempe caput ejus
cum ductu rectè descendente: cui ego infra paruum pedem facio
resectâ pennæ parte, vel rotundè-acutè (singamus vocabula vt au-
thoris verba serbare possumus) desinentem: Hæc enim commo-

dius alijs cum literis nesci potest vel ad duplex & faciendum: ex pe-
de prioris per corpus ad caput alterius necitur vnico ductu.

Littera m fit ab i nempe ex tribus parvis pedibus simul ligatis:
Ego incipio & facio priorem pedem in modum i quo factò se-
cundum ei pedem ab inferiore parte annecto inter ambos pedes
obliquè parvadentem, in modum Diagonalis ductus: sic etiam ter-
tium perficio pedem, faciens eum desinere acutè sicut elementum i,
Vno illa ductu pingi debet antequam penna à charta amoveatur.

Littera n fit ex duobus vltimis pedibus literæ m: Cumque vna
istarum litterarum in fine dictionis ponitur, tunc vltimus ejus pes
cum cauda fit in modum g & q tamen non omnino tam longus,
quoniam illæ literæ finales sunt: Duo præscriptæ literæ m & n vni-
cum ornamentum omnium scriptionum sunt: quare summâ curâ
cavendum vt eorum pedes recti atque æqui-distantes sint, neque
vnus altior vel inferior altero sit: Literæ finales hæc sunt m, n.

Habitu literæ o satis demonstravi in litera a quoniam o ferè
pingi debet vt a bonum habeat formam. Ego eam ex primo duc-
tu literæ o facio, & à pede ejus cum resectâ pennæ parte sursum
versus venio, eamque rotundè claudio in pennæ dorso. Aliud genus
istarum litterarum in Literis cursorijs vt in modum istius o Singu-
le vnico ductu fiunt.

Litteram p vt i incipio, sed ductum infra duplo longiorem facio:
deinde corpus facio in modum ventri literæ s. Duobus illa ducti-
bus fit p.

Litera q̄ differt ab a solā caudā quæ duplo longior rectē inferiūs ducitur ac corpus magnum est. Fit illa vno ductu.

Nos (Belgæ) habemus tria genere literæ: Prior est verē prior: nam in principio dictionum illa ponitur: accipit formam suam à litera i: faciendo infra eam parvum pedem inferiūs sub eavum vt in litera s: ex quo ego in dorso pennæ sursum iuxta pedem literæ i: asurgō vsq̄ ad tertiam partem longitudinis eius, inde resectā pennæ parte ad dextram revertor, caputq̄ eius semilatā pennæ parte facio leviter excurrens, ad eam sequenti literæ alligandam. Secunda litera: rotunda est, & iuxta alias rotundas literas plarumque in medio dictionis ponitur: nempe post s d o p & v. Eam ego subtili ductu incipio resectā pennæ parte super latus eius facto: & caput facio semilatā pennæ parte ad dextram vsq̄ue trahendo; ad longitudinem medij corporis, eamq̄e priori ductu literæ à perficior: quem ego vnicō ductu capiti appendo. Tertium ~ est litera finalis, hoc est, quæ in fine dictionis ponitur. Nullo alio modo illa à priori differt, quàm quòd caput eius pennæ ictu fit, vel longius latā pennæ parte extenditur. Singule vnicō ductu pinguntur.

Quatuor generibus literarum s̄ ego etiam vtor: inter quas prior est s̄ longum, nullum habens discrimen ab f̄ quàm parvum ductum qui per medium corporis transcurrit: Caput eius pingitur sicut in litera f: Reliquæ tria parvæ sunt q̄ s i. Vnā earum ego vtor in medio dictionum literæ cursoriæ ad eam alteri nectendam: Eam à Gallis accepi: fit illa in modum parvi rotundi s: tamen recta stat

Reliquæ duæ literæ finales sunt atque in fine dictionum ponuntur. Vna earum literarum ego ex s̄ facio, faciens ad caput ejus parvum circumductum qui excurret ad dextram, ad formam parvæ lunæ dimidiatæ. Altera q̄ rotundum, & fit à litera i: sed illā obliquè ad sinistram tracta, vertens statim pennam in dorso ad sinistram, ad corpus faciendum: quòd ego resectā pennæ parte ad primum ductum claudio: parumq̄e ulterius pergens, in fine ejus caput facio cum parvo pennæ ictu leviter elevans: Eam in fine dictionum non pono, nisi iuxta eas literas quibus vno ductu illa jungi potest.

Quamvis varijs etiam generibus literæ & f, vtor tam in litera stante seu queta, quàm in literis cursorijs, tamen tria hic tantum genera describam, quæ in literis quietis omitti non debent: declarabimus vbi illæ ponendæ sunt. Mover me præsertim vt hoc faciam, quòd nonnulli in differenter ijs locum dant, ponentes eas vel in fine dictionis vbi non quadrant & benè ligari non possunt eum cæteris literis. Prior f̄ est præcedens & supra corpus incipitur, sinistro pennæ angula parum acutè trahendo; parum ad sinistram, & deinde è directo deorsum, latā pennæ parte parum reflexā, persecando corpus in modum f. Secundum ~ in medio dictionum pono: fit illa à litera i: nullo alio discrimine quam quòd tertiā parte longior quàm litera i: supra corpus fit, atque in modum prioris persecatur. hæc literæ ~ interdum in fine dictionum ponitur iuxta eas literas qui cæteris connecti non possunt.

Tertium

Tertium est ipsum : cui ego in inferiore parte parvum pedem facio, resectâ pennæ parte, parùm rotundum & leviter excurrètem: illa tantùm in fine dictionis ponitur juxta tales literas quibus illa alligari potest; alio modo non.

Vtimur etiam duobus generibus literæ » » una est consonans, altera vocalis: » consonans varijs modis, præsertim in literis cursorijs, variatur: tamen (brevitatis gratiâ) formam tantùm vniùs describam; eam ego incipio resectâ pennæ parte in laus superiùs vergens, eam quæ super latam ejus partem à superiore parte rotundè ad inferiorem traho ad sinistram in modum virgulæ, appingens in inferiore ejus parte parvum pedem, trahens eum ad dextram, & sic in dorso pennæ rotundè ascendens, ventrem formo in modum literæ 6.

Dudlex » à literæ » formatur: duos ejus priores ductus simulnecto resectâ pennæ parte, ab inferiore parte ad superiorem ascendens, sicut duos pedes literæ » connecto, atque deinceps appingo ventrem » vt suprà, fit illa vnico ductu.

Fit » vocalis à litera : nectendo duos ex ejus pedibus simul: Literæ » illa non admodum dissimilis: in hoc tantùm differunt quod primus pes literæ » ab inferiore pedis parte vsque supra caput al-

terius trahitur, vbi contrâ primus pes literæ » alio pedi tantùm in media parte, annectitur. Fit illa vnico ductu.

Ab » vocali fit etiam interdum g trahendo vltimum pedem ejus longiùs in modum g suprà descriptæ: appingens eadem viâ caudam tandem claudens eam suprà recto transeunte parvo ductu, resectâ pennæ parte facto.


Literam 6 incipio in modum » literæ cursoriæ: nempe resectâ penne parte; atque latâ pennæ parte ad dextram descendens, verto statim pennam, in dorso superiùs, eam torquens ad sinistram, atque resectâ pennæ parte eo per medium corporis, faciens eâdem viâ caudam circumductu in modum semi-rotundi acurè excurrentis ad dextram. Fit illa vnico ductu.

Litera 2 eodem etiam modo fit: dempto hoc, quod ventrem à superiore parte incipio atque caudam infra supra pennæ latus educo: Alio genere istius literæ ego vtor: ei superiùs caput appingens in modum rotundi » ex quo resectâ pennæ parte declivè descendendo juxta pedem prioris ductus ad caudam faciendam, trudens pennam super dorsum versus sinistram, rotundè erumpentem: Singulæ vno ductu fiunt.

Literæ 3 sit etiam ex præscripta rotunda litera: faciendo subtilem parvum ductum ad caput ejus: trahitur pennâ declivè ad sinistram descendente ad mediam partem ejus longitudinis; atque parum retrocedens, latâ pennæ parte deorsum vertendo, descendendo; indeque ad sinistram assurgens parvam ei caudam facio, in-

cepram refectâ pennæ parte, atque perfectam cum dorso pennæ vel parvo icu pennæ: Facio eam etiam circuitu, tanquam si rotundum: facere vellem: sed pennam statim ad sinistram verto, atque præscripto modo caudam facio,

Elementa & fundamenta Belgicæ literæ.



Cum haecenus descripserim atque indicaverim praecipuos & majores ductus uniuscujusque litterae per se, atque ejus originem, modum faciendi & proportionem satis declaraverim; Eademq; via declaraverim quae litterae duobus ductibus fieri debent: Appendicis vice utile duxi hic breviter indicare quae litterae originem, essentiam, atque formam suam aliae ab alijs sumunt, Omnes ferè nostrae Belgicae litterae originem ducunt à quinque istis literis **a b f i v**: Litterae quae ab elemento **a** formantur, haec sunt **æ e g o q z s**: Ab elemento **b** creantur **g k l t**: ab elemento **f** formantur **ff st** **ss**: Aliter **i** oriuntur **m n p r t u**: ex **v** consonante: istae **æ e g z s**. Ille igitur qui formam atque modum faciendi has quinque litteras optimè percepit atque didicit, certū se faciet se alias litteras ex hisce minori labore perfectè posse facere: Quare omnibus qui ad perfectionem artis scribendi pervenire desiderant, auctor sum ut has quinque litteras, tanquam fontes ceterarum, benè addiscant, ut ceteras litteras optimè formare possint, atque sic firmam litteram scribere

possint. Compotes ejus rei fient si naturam uniuscujusque litterae diligenter perscrutaverunt, & quomodo littera simul necti debent: qui unicuique est modus ad benè & citò scribendū: consistit enim praecipuè festinatio in litterarum connexionem, quae hisce duobus ductibus / — simul ligantur. Prior fit relecta pennae parte, transerse super latus connectens omnes litteras quae ab inferiore parte capiti vel medio sequentis litterae alligantur. Secundus fit rectè ante se in formam amussis, seu normae, atque è transverso per medium corpus litterae **f** & **t** ducitur atque caput litterae **g** claudit: nectens omnes litteras simul quae caput ad caput ligantur, ut etiam eas quae è transverso per corpus ad caput alterius litterae accedunt, ut Studiosus experientia ex meis scriptis discere potest. Spero autem **DEO** favente, data occasione eis prolixiorē declarationem me facturum earum litterarum, ut pro modulo hanc artem florere faciam, atque omnibus Philographis atque Tyronibus satisficiam, ut firmam hac de re habeant imaginationem.

Brevis instructio ad scribendam litteram cursivam.

Litterae cursivae, ut suprà declaravi, sunt triplices: Stans, Protrusa & Cadens: Mutantur illae secundum magnitudinem vel parvitatem, crassitudinem & tenuitatem, quae ei tribuitur, vel prout citò vel tardè, compressa vel magnā distantia, scribitur, atque prout membra ejus (sic voco illos ductus qui infra & suprà extra lineas

protuberant) extenduntur vel abbreviantur. Majus ejus ornamentum in eo consistit, quòd solido corpore atque validè procedens scribatur quodque omnes ductus infra & suprà secundum naturam Pennae simul nectantur: quod etiam de capitibus & membris quae infra & suprà regulas extrahuntur, observandum: consule non

H

debent

debent confundi; sed liberè cursum suum habere debent: nullis alijs
literis Bastardicis, vel Hispanicis, vel Italicis, ille miscenda, quæ eam
privant eâ gratiâ & vivacitate, qua illa naturaliter dotata est; adeò
ut potius peregrina videatur, quàm naturalis nostra Belgica litera:
quæ in varietate literarum ditior & affluentior est, quàm ulla alia
natio, ut ex comparatione nostrorum & aliorum scriptorum dilu-
cidè videri potest. Ut hoc probem, quatuor hæc regulas de varietate

testrarum literarum cursoriarum hæc adjungere volui: ulterio-
rem instructionem tamen ad hæc literam addiscendam, non facio:
neque per fundamenta & elementa eam divido: quoniam vna-
quæque litera per se anatomizari atque dividi deberet: quòd nunc
longum esset: Philographum oro, ut ei hæc sufficiant, atque meam
diligentiam meumque laborum boni consulat atque benevolens
animo accipiat.

Mutationes literæ Belgicæ cursoriæ.



Instructio ad scribendam litteram Germanicam.

Restat ut pariter de literis Germanicis loquamur: quam tractationem ego in fine suscipere volui quoniam illæ pluri- que essentia à nostris literis differunt, quamvis illæ viles non sint: nam si litera fracta Minor atque Major, Posita & Protrusa nec non varia genera literarum Cancellariarum cum suis ductibusque capitulis, bene considerantur, quisque fateri coactus erit, eas nec ornamento, nec gratia, ullis aliarum nationum literis cedere.


Quod attinet ad communes literas Germanicas, ille non minus gratae, quam utiles & aptae ad citò & festinanter scribendum: grata inquam, quoniam illæ quadratae atque benè nutritæ sunt, festinationique aptae: quoniam hæc litera rotunda & brevis fit atque benè est ligata atque connexa, atque ideo benè volvere & citò transire debet. Præcipue harum litterarum sunt, Rotunda & Currente: quarum

Rotunda formosior non multum inter se differunt, quam quod Rotunda breviori corpore fiat atque supine cadat, diverse à litera Currente seu cursoria (quam illi *Currente schriften* vocant) atque habentur, ut supra declaravi. Varia adhuc sunt genera litterarum Germanicarum: sed ne memoria tyronis tumultuariâ multitudinis variarum litterarum, seu scriptio- num, obruatur, naturam atque fundamenta duarum istarum litterarum hic tantum adjungere volui. Duobus enim istis generibus experientia familiares factis, modus faciendi ceteras omnes literas facile addisci atque percipi poterit. Varietas ejus enim præcipue consistit in varietate litterarum: nam sicut Germanici scribendi magistri ipsi scribunt. *Wie mancherley in so vil arttem schufften.* Quanta varietas litterarum est, tanta & scriptio- num.

Elementa & Fundamenta litteræ Germanicæ.

Currente schriften.

Fundamentaller Currente schriften.



Instructio ad scribendam litteram Germanicam.

Quoniam quidam Philographi eum vidissent partes quasdam
mei libri, iudicarunt, quædam Capitales quæ in principio ex-
emplariorum sunt tyronibus difficiliore esse ad imitandum:
bonum factum mihi visum est hæc Bellicas Italicas & Hispani-

ci Capitales vt sic huic libro finem imponam) hic adungere re-
quid Tyronibus & Studiosis impedimento sit, quo minus, re bene
cognita, pergat, atque ad optatum finem perveniant, ad arte-
m quam bene scribendi.



A B C D E F G H I K L M N
O P Q R S T U V X Y Z

A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T U V X Y Z



